

1603. 27 Junij

Ex Mus. Bib. Zalu. N<sup>o</sup> 256.

144

Sigism. III.  
Imperatori Romanorum

132

Serenissimo & excellentissimo Sr. Sigismundus  
III Sr. Serenissime & excellentissime. Quod ad eas  
sacre Cesaris Mitti vras, quibus verebus Va-  
lachicis nobiscum egit non statim eidem respon-  
dimus, eam ob causam fecimus, quod omnia  
que in illa Provincia acciderunt, gesta q<sup>ue</sup> sunt,  
& exactius cognoscenda, & Mitti vras accuratius  
prescribenda putavimus, cum Valachici ac ipse  
etiam Rozwanus qui Provinciam occupatae  
exiguu Ungarorum presidio tenebat, suppremo  
exercitus duci unciaret Tartaros, ac Turcas immi-  
nere illi, ac diversis in locis traicetum utrosq<sup>ue</sup>  
moliri, se vim hostium nequaquam posse sufficere.  
Ipsaq<sup>ue</sup> Rozwanus auxilium anuo ducere petisset;  
porro exercitus eo consilio fuisset, collectus a  
nobis, ut si societatis de qua actum fiat rationes  
minime convenissent: nos tamen quemadmodum  
promptissimo ad eam animo fiamus, ita etiam  
pro nra parte, Christianae rei minime despemus,  
ac Tartaros a nris Christianorumq<sup>ue</sup> finibus  
avocemus, non alienum a publicis commodis  
esse videbatur, exercitum illis etiam in Valachia

opponere, ac Christianam provinciam periclitanti  
tem ab interitu vindicare ac impedire, ne per eam  
compendiosissimam viam ad invadendas alias  
perniciosissimas hostis perventus. Eo itaque con-  
silio dux nostrorum exercituum isthuc traduxit. Cete-  
rum Roxvanus, qui occupatum malis artibus  
Dominatum crudelissime exercuit us in quos  
deseriverat diffidens, nulla vi coactus, sponte sua  
inde cum illo Ungarico praesidio, omnibus  
iam rebus suis ante praemissis discessit. Va-  
lachii qui partim hostium partim ipsius servitio  
metu insilvis latebant, et iam ante recessio-  
nem ab eo fecerant, eo abeunte frequenter  
convenerunt, ac palatinum postularunt popu-  
larem suum, veteresque inter se familiares. Ho-  
stis inferim morabatur, sed certissimis tamen  
nunciis erat cognitum, datum esse Tartaro nego-  
tium occupanda illius provinciae, et Turcici praefati,  
nempe Thehinensis Sendrachi, qui ipsius Tar-  
tari sorore natus, sororem habet in matrimonio,  
in ea collocandi, attributa etiam eam eius  
provinciae porzione filio ipsius Chani. Quan-  
ta autem ea fuisset Christianae Republice  
iactura, quanta inde ad vicinos pericula  
dimanassent, quam brevis et expedita Tartari

440

non modo inditiones nostras, sed et in Transilvaniam  
& Ungariam via fuisset, facile Mittas vram in-  
teligit. Neque fessit, hostis venit, cum universis  
scytharum agminibus & Turcis, quas ex omnibus  
vicinis presidis. Sordriachus collegerat copias,  
qua inter habebant nostra castra opportuno loco  
illis opposita sunt. A decimo nono Octobris au-  
dacissime ad castra hostibus succedentibus,  
& nostris qui emittebantur summa alacritate  
rem gerentibus, totum diem pro castris ita ex-  
pugnatum est, ut hostis magno accepto detrimento,  
partim caesis & convulseratis, partim prom-  
ptissime ac potissime in praetorianis loco  
pulsus se reciperet. Cum autem facile inteligit.  
Non dubitamus autem Mittas vram, amicitiam  
nostram multis vetustissimis & recentibus neces-  
situdinibus, cum augustissima ipsius Domus  
confirmatam, plus semper estimaturam, quam  
hominis istius novam & effucam fidem. Quod  
reliquum est sacra Caesaris Mitti vram promptissi-  
ma studia nostra defestimus, ei que felicissimos  
verum omnium successus, diuturnam vale-  
tudinem ex animo precamur. Datum Varsaviae.

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*